

Jeudi Saint

Jeudi 17 avril 2025

○ 1ère classe

La Messe solennelle du soir en la Cène du Seigneur

INTROÏT *Galates 6, 14*

Nos autem gloriari oportet in Cruce Domini nostri Iesu Christi : in quo est salus, vita et resurrectio nostra : per quem salvati et liberati sumus. **Ps. 66** Deus misereatur nostri, et benedicat nobis : illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostri. **V.** Glória Patri.

Il faut que nous nous glorifions dans la croix de Notre-Seigneur Jésus-Christ ; en qui est notre salut, notre vie et notre résurrection, et par qui nous avons été sauvés et délivrés. **Ps. 66** Que Dieu ait pitié de nous et qu'il nous bénisse ; qu'il fasse luire sur nous la lumière de son visage et qu'il nous fasse miséricorde. **V.** Gloire...

COLLECTE

Deus, a quo et Iudas reatus sui poenam, et confessionis suæ latro præmium sumpsit, concede nobis tuæ propitiatiõnis effectum : ut, sicut in passióne sua Iesus Christus, Dominus noster, diversa utrisque intulit stipendia meritõrum ; ita nobis, ablato vetustatis errore, resurrectiõnis suæ grátiam largiatur : Qui tecum.

Ô Dieu, qui avez puni la perfidie de Judas et récompensé la confession du larron, faites-nous ressentir l'effet de votre miséricorde, afin que Notre Seigneur Jésus-Christ, qui, dans sa Passion, les a traités tous deux selon leur mérite, détruise en nous les traces du vieil homme et nous accorde la grâce de sa résurrection.

ÉPÎTRE *de saint Paul aux Corinthiens I. 11, 20-32*

Fratres : Conveniéntibus vobis in unum, iam non est Domínicam cœnam manducáre. Unusquisque enim suam cenam præsumit ad manducándum. Et alius quidem ésurit : álius autem ébrius est. Numquid domos non habétis ad manducándum et bibéndum ? aut ecclésiám Dei contémnitis, et confúnditis eos, qui non habent ? Quid dicam vobis ? Laudo vos ? In hoc non laudo. Ego enim accépi a Dómino quod et trádidi vobis, quóniam Dóminus Iesus, in qua nocte tradebátur, accépit panem, et grátias agens tregit, et dixit : Accípите, et manducáte : hoc est corpus meum, quod pro vobis tradétur : hoc fácite in meam commemoratiónem. Simíliter et cálicem, postquam cœnávít, dicens : Hic calix novum Testaméntum est in meo sángine : hoc fácite, quotiescúmque bibétis, in meam commemoratiónem. Quotiescúmque enim manducábitis panem hunc et cálicem bibétis : mortem Dómini annuntiábitis, donec véniat. Itaque quicúmque manducáverit panem hunc vel biberit cálicem Dómini indigne, reus erit córporis et ságuinis Dómini. Probet autem seípsum homo : et sic de pane illo edat et de cálice bibat. Qui enim mandúcat et bibit indigne, iudícium sibi mandúcat et bibit : non diiúdicans corpus Dómini. Ideo inter vos multi infirmi et imbecílles, et dórmíunt multi. Quod si nosmetípsos diiudicáremus, non útique iudicáremur. Dum iudicámur autem, a Dómino corrípimur, ut non cum hoc mundo damnémur.

Mes frères, lorsque vous vous assemblez comme vous faites, ce n'est plus manger le souper du Seigneur. Car chacun se hâte de prendre son repas à part. Et ainsi l'un n'a rien à manger tandis que l'autre fait des excès. N'avez-vous donc pas vos maisons pour y boire et pour y manger ? ou méprisez-vous l'Église de Dieu et voulez-vous faire honte à ceux qui n'ont rien ? Que vous dirai-je à ce sujet ? Faut-il vous louer ? Non, je ne vous en loue point. C'est du Seigneur même que j'ai appris ce que je vous ai enseigné à mon tour : à savoir, que le Seigneur Jésus, dans la nuit même où il fut livré, prit du pain et, ayant rendu grâces, le rompit et dit : Prenez et mangez, ceci est mon corps, qui sera livré pour vous ; faites ceci en mémoire de moi. Il prit de même le calice, après avoir soupé, et il dit : Ce calice est la nouvelle alliance en mon sang ; faites ceci en mémoire de moi, toutes les fois que vous le boirez. En effet, toutes les fois que vous mangerez de ce pain et que vous boirez de ce calice, vous annoncerez la mort du Seigneur jusqu'à ce qu'il vienne. Or, quiconque mangera de ce pain ou boira le calice du Seigneur indignement sera coupable du corps et du sang du Seigneur. Que l'homme donc s'éprouve soi-même et qu'ainsi il mange de ce pain et boive de ce calice. Car celui qui le mange et le boit indignement, mange et boit sa propre condamnation, ne faisant pas le discernement qu'il doit du corps du Seigneur.

C'est pour cela que parmi vous beaucoup sont débiles et languissants et que plusieurs sont morts. Si nous nous examinions nous-mêmes, nous ne serions pas jugés de Dieu. Mais le Seigneur nous juge et nous châtie, afin que nous ne soyons pas condamnés avec ce monde.

Christus factus est pro nobis obœdiens
usque ad mortem, mortem autem
crucis. **Ÿ**. Propter quod et Deus exaltavit
illum : et dedit illi nomen, quod est super
omne nomen.

Le Christ, pour nous, s'est fait
obéissant jusqu'à la mort, même
jusqu'à la mort de la croix. **Ÿ**. C'est
pourquoi Dieu l'a exalté et lui a donné un
nom qui est au-dessus de tout nom.

+ ÉVANGILE *selon saint Jean 13, 1-15*

Ante diem festum Paschae, sciens Iesus, quia venit hora eius, ut tránseat ex hoc mundo ad Patrem : cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem diléxit eos. Et cena facta, cum diábolus iam misisset in cor, ut tráderet eum Iudas Simónis Iscariótæ : sciens, quia ómnia dedit ei Pater in manus, et quia a Deo exivit, et ad Deum vadit : surgit a cena et ponit vestiménta sua : et cum accepisset línteum, præcínxit se. Deinde mittit aquam in pelvim, et cœpit laváre pedes discipulórum, et extérgere línteo, quo erat præcínctus.

Venit ergo ad Simónem Petrum. Et dicit ei Petrus : Dómine, tu mihi lavas pedes ? Respóndit Iesus et dixit ei : Quod ego fácio, tu nescis modo, scies autem póstea. Dicit ei Petrus : Non lavábis mihi pedes in ætérnum. Respóndit ei Iesus : Si non lávero te, non habébis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus : Dómine, non tantum pedes meos, sed et manus et caput. Dicit ei Iesus : Qui lotus est, non índiget nisi ut pedes lavet, sed est mundus totus. Et vos mundi estis, sed non omnes. Sciébat enim, quisnam esset, qui tráderet eum : proptérea dixit : Non estis mundi omnes.

Postquam ergo lavit pedes eórum et accépit vestiménta sua : cum recubúisset íterum, dixit eis : Scitis, quid fécerim vobis ? Vos vocátis me Magíster et Dómine : et bene dícitis : sum étenim. Si ergo ego lavi pedes vestros, Dóminus et Magíster : et vos debétis alter altérius laváre pedes. Exémplum enim dedi vobis, ut, quemádmódum ego feci vobis, ita et vos faciátis.

Avant la fête de Pâque, Jésus, sachant que son heure était venue de passer de ce monde à son Père, ayant aimé les siens qui étaient dans le monde, les aima jusqu'à la fin. Au cours du repas, alors que le diable avait déjà mis dans le cœur de Judas, fils de Simon Iscariote, le dessein de le livrer, et sachant que son Père lui avait remis toutes choses entre les mains, et qu'il était sorti de Dieu et retournait à Dieu, Jésus se leva de table et quitta ses vêtements ; puis, ayant pris un linge, il s'en ceignit. Ensuite il versa de l'eau dans un bassin, et il se mit à laver les pieds de ses disciples, et à les essuyer avec le linge dont il était ceint.

Il vint à Simon-Pierre. Mais Pierre lui dit : « Toi, Seigneur, me laver les pieds ! » Jésus lui répondit : « Ce que je fais, tu l'ignores maintenant, mais tu le comprendras plus tard. » Pierre lui dit : « Jamais tu ne me laveras les pieds ! » Jésus lui répondit : « Si je ne te lave pas, tu n'auras pas de part avec moi. » Simon-Pierre lui dit : « Seigneur, alors non seulement les pieds, mais encore les mains et la tête ! » Jésus lui dit : « Celui qui a pris un bain n'a besoin que de se laver les pieds ; pour le reste il est entièrement pur. Pour vous, vous êtes purs, mais non pas tous. » Il savait en effet quel était celui qui le livrerait, et c'est pour cela qu'il dit : « Vous n'êtes pas tous purs. »

Après qu'il leur eut lavé les pieds et qu'il eut repris ses vêtements, il se remit à table et leur dit : « Comprenez-vous ce que je vous ai fait ? Vous m'appelez Maître et Seigneur, et vous dites bien, car je le suis. Si donc moi, qui suis Seigneur et Maître, je vous ai lavé les pieds, vous devez, vous aussi, vous laver les pieds les uns aux autres. Car je vous ai donné l'exemple afin que, vous aussi, vous fassiez comme je vous ai fait. »

Le Lavement des pieds

ANTIENNE 1 *Jean 13, 34 / Psaume 118*

Mandátum novum do vobis : ut diligátis ínvicem, sicut diléxi vos, dicit Dóminus. **Ps.** Beáti immaculáti in via : qui ámbulant in lege Dómini.

ANTIENNE 2 *Jean 13, 4.5.15*

Postquam surréxit Dóminus a cœna, misit aquam in pelvim, et cœpit laváre pedes discipulórum suórum : hoc exéplum réliquit eis. **Ps.** Magnus Dóminus, et laudábilis nimis : in civitáte Dei nostri, in monte sancto eius.

ANTIENNE 3 *Jean 13, 12-15 / Psaume 84*

Dóminus Iesus, postquam cœnavit cum discipulis suis, lavit pedes eórum, et ait illis : Scitis, quid fécerim vobis ego, Dóminus et Magíster ? Exéplum dedi vobis, ut et vos ita faciátis. **Ps.** Benedixísti, Dómine, terram tuam : avertísti captivitátem Iacob.

ANTIENNE 4 *Jean 13, 6-8*

Dómine, tu mihi lavas pedes ?
Respóndit Iesus et dixit ei : Si non lávero tibi pedes, non habébis partem mecum. **V̇.** Venit ergo ad Simónem Petrum, et dixit ei Petrus. - Dómine, tu. **V̇.** Quod ego fácio, tu nescis modo : scies autem póstea.

ANTIENNE 5 *Jean 13, 14 / Psaume 48*

Je vous donne un commandement nouveau : que vous vous aimiez les uns les autres comme je vous ai aimés, dit le Seigneur. **Ps.** Bienheureux ceux qui sont purs en leur voie, et qui marchent selon la loi du Seigneur.

Après s'être levé de table, le Seigneur versa de l'eau dans un bassin, et commença à laver les pieds de ses disciples. Il leur a laissé cet exemple. **Ps.** Le Seigneur est grand et digne de toute louange dans la cité de notre Dieu, sur sa sainte montagne.

Le Seigneur Jésus, après qu'il eut soupé avec ses disciples, leur lava les pieds et leur dit : « Savez-vous ce que je vous ai fait, moi, le Seigneur et le Maître ? Je vous ai donné l'exemple, afin que vous fassiez de même. » **Ps.** Vous avez béni votre terre, Seigneur, et vous avez éloigné la captivité de Jacob. **V̇.**

Toi, Seigneur, me laver les pieds ! -
Jésus lui répondit : « Si je ne te lave pas les pieds, tu n'auras pas de part avec moi. » **V̇.** Il vint donc à Simon-Pierre, et Pierre lui dit : - « Toi, Seigneur... » **V̇.** « Ce que je fais, tu l'ignores maintenant, mais tu le comprendras plus tard. »

Si ego, Dóminus et Magíster vester, lavi vobis pedes : quanto magis debétis alter altérius laváre pedes ? **Ps.** Audíte hæc, omnes gentes : áuribus percípите, qui habitátis orbem.

ANTIENNE 6 *Jean 13, 35*

In hoc cognóscant omnes, quia discípuli mei estis, si dilectiónem habúeritis ad invicem. **V.** Dixit Iesus discípulis suis.

ANTIENNE 7 *I Corinthiens 13, 13*

Máneant in vobis fides, spes, caritas, tria hæc : maior autem horum est caritas. **V.** Nunc autem manent fides, spes, caritas, tria hæc : maior horum est caritas.

HYMNE

Ubi caritas et amor, Deus ibi est.
Congregávit nos in unum Christi amor.
Exsultémus et in ipso iucundémur.
Timeámus et amémus Deum vivum. Et ex corde diligámus nos sincéro.
Ubi caritas et amor, Deus ibi est.
Simul ergo cum in unum congregámur :
Ne nos mente dividámur, caveámus.
Cessent iúrgia málgna, cessent lites. Et in médio nostri sit Christus Deus.
Ubi caritas et amor, Deus ibi est.
Simul quoque cum Beátis videámus.
Gloriánter vultum tuum, Christe Deus :
Gáudium, quod est imménsum atque probum. Sæcula per infiníta sæculórum.
Amen.

Si moi, Seigneur et Maître, je vous ai lavé les pieds, combien plus devez-vous vous laver les pieds les uns les autres ! **Ps.** Écoutez ceci, tous les peuples ; prêtez l'oreille, habitants de la terre.

C'est à ceci que tous connaîtront que vous êtes mes disciples : si vous avez de l'amour les uns pour les autres. **V.** Le Seigneur dit à ses disciples.

Que ces trois choses demeurent en vous : la foi, l'espérance et la charité ; la charité l'emporte cependant. **V.** À présent, la foi, l'espérance et la charité demeurent : la charité l'emporte cependant.

Là où règnent la charité et l'amour, Dieu est présent.
L'amour du Christ nous a rassemblés dans l'unité. Réjouissons-nous, et prenons notre joie en lui. Craignons et aimons le Dieu vivant. Et aimons-nous d'un cœur sincère.
Là où règnent la charité et l'amour, Dieu est présent.
Tandis que nous nous réunissons, gardons-nous de nous diviser en esprit. Que cessent discordes et procès. Et que le Christ-Dieu demeure au milieu de nous.
Là où règnent la charité et l'amour, Dieu est présent.
Puissions-nous voir ensemble, avec les bienheureux, la gloire de votre visage, ô Christ-Dieu. Et la joie immense et pure, pendant les siècles sans fin. Ainsi soit-il.

Après le lavement des pieds, le célébrant dit :

Pater noster.

Notre Père...

Puis il poursuit à voix basse.

Ÿ. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
Ŕ. Sed libera nos a malo.
Ÿ. Tu mandásti mandáta tua, Dómine.
Ŕ. Custodíri nimis.
Ÿ. Tu lavásti pedes discipulórum tuórum.
Ŕ. Opera mánuum tuárum ne despicias.
Ÿ. Dómine, exáudi oratiónem meam.
Ŕ. Et clamor meus ad te véniat.
Ÿ. Dóminus vobíscum.
Ŕ. Et cum spírítu tuo.

Ÿ. Et ne nous laissez pas succomber à la tentation.
Ŕ. Mais délivrez-nous du mal.
Ÿ. Vous avez donné vos commandements, Seigneur.
Ŕ. Pour qu'ils soient gardés fidèlement.
Ÿ. Vous avez lavé les pieds de vos disciples.
Ŕ. Ne dédaignez pas l'ouvrage de vos mains.
Ÿ. Seigneur, exaucez ma prière.
Ŕ. Et que mon cri parvienne jusqu'à vous.
Ÿ. Le Seigneur soit avec vous.
Ŕ. Et avec votre esprit.

Oraison

O rémus. Adésto, Dómine, quæsumus, officio servitútis nostræ : et quia tu discipulis tuis pedes laváre dignátus es, ne despicias ópera mánuum tuárum, quæ nobis retinénda mandásti : ut, sicut hic nobis et a nobis exterióra abluúntur inquinaménta ; sic a te ómnium nostrum interióra lavéntur peccáta. Quod ipse præstáre dignéris, qui vivis et regnas Deus : per ómnia sæcula sæculórum. Ŕ. Amen.

P rions. Assistez-nous, Seigneur, nous vous en prions, dans la fonction de notre ministère ; et puisque vous avez daigné laver les pieds de vos disciples, ne méprisez pas ce geste de vos mains, que vous nous avez ordonné de conserver ; en sorte que, comme nos souillures extérieures sont ici lavées par nous, que par vous soient lavés les péchés intérieurs de nous tous. Daignez vous-même nous l'accorder, vous qui vivez et régnez dans les siècles des siècles. Ŕ. Ainsi soit-il.

Offertoire *Psaume 117, 16-17*

D éxtera Dómini fecit virtútem, dextera Dómini exaltávit me : non móriar, sed vivam, et narrábo ópera Dómini.

L a droite du Seigneur a déployé sa puissance ; la droite du Seigneur m'a élevé ; je ne mourrai pas, mais je vivrai et je raconterai les œuvres du Seigneur.

Secrète

Ipse tibi, quæsumus, Dómine sancte,
Pater omnípotens, ætérne Deus,
sacrificium nostrum reddat accéptum, qui
discípulis suis in sui commemoratióne
hoc fieri hodiérna traditióne monstrávit,
Iesus Christus, Fílius tuus, Dóminus
noster : Qui tecum vivit.

PRÉFACE DE LA SAINTE CROIX

Vere dignum et iustum est, æquum et
salutáre, nos tibi semper et ubique
grátias ágere : Dómine, sancte Pater,
omnípotens ætérne Deus :
Qui salútem humáni géneris in ligno
Crucis constituísti : ut, unde mors
oriebátur, inde vita resúrgeret : et, qui in
ligno vincébat, in ligno quoque vincerétur
: per Christum Dóminum nostrum.
Per quem maiestátem tuam laudant
Angeli, adórant Dominatiónes, tremunt
Potestátes. Cæli cælorúmque Virtútes ac
beáta Séraphim sócia exsultatióne
concélebrant. Cum quibus et nostras voces
ut admítti iúbeas, deprecámur, súpplíci
confessióne dicentes.

Seigneur, Père saint, Dieu tout puissant
et éternel, nous vous le demandons :
qu'il rende notre sacrifice agréé de vous,
celui qui, en ce jour où il le leur transmet,
enseigne à ses disciples de faire cela en
mémoire de lui, Jésus-Christ, votre Fils,
notre Seigneur. Lui qui...

Il est vraiment juste et nécessaire, c'est
notre devoir et notre salut de vous
rendre grâces toujours et partout,
Seigneur, Père saint, Dieu éternel et tout-
puissant.

Vous avez établi le salut du genre humain
dans le bois de la croix, afin que la vie
rejaillît par où la mort avait surgi, et que
celui qui triomphait sur un arbre fût
vaincu aussi sur un arbre, par le Christ
notre Seigneur.

C'est par lui que les Anges louent votre
majesté, que les Dominations l'adorent,
que les Puissances la révèrent, que les
Cieux et les Vertus des cieux, ainsi que les
bienheureux Séraphins, la célèbrent dans
une même allégresse. À leurs chants nous
vous supplions de laisser se joindre aussi
nos voix, pour proclamer dans une humble
louange...

CANON

Communicantes et diem sacratissimum celebrantes, quo Dominus noster Iesus Christus pro nobis est traditus : sed et memoriam venerantes, in primis gloriosae semper Virginis Mariae, Genetricis eiusdem Dei et Domini nostri Iesu Christi : sed et beatorum Apostolorum ac Martyrum tuorum, Petri et Pauli, Andreae, Iacobi, Ioannis, Thomae, Iacobi, Philippi, Bartholomaei, Matthaei, Simonis et Thaddaei : Lini, Cleti, Clementis, Xysti, Corneli, Cypriani, Laurentii, Chrysogoni, Ioannis et Pauli, Cosmae et Damiani : et omnium Sanctorum tuorum ; quorum meritis precibusque concedas, ut in omnibus protectionis tuae muniamur auxilio. Per eundem Christum, Dominum nostrum. Amen.

Hanc igitur oblationem servitutis nostrae, sed et cunctae familiae tuae, quam tibi offerimus ob diem, in qua Dominus noster Iesus Christus tradidit discipulis suis Corporis et Sanguinis sui mysteria celebranda : quaesumus, Domine, ut placatus accipias : diisque nostros in tua pace disponas, atque ab aeterna damnatione nos eripi et in electorum tuorum iubeas grege numerari. Per eundem Christum, Dominum nostrum. Amen.

Quam oblationem tu, Deus, in omnibus, quaesumus, benedictam, adscriptam, ratam, rationabilem acceptabilemque facere digneris : Signat semel super Hostiam, ut nobis Corpus et Sanguis fiat dilectissimi Filii tui, Domini nostri Iesu Christi.

Unis dans une même communion, et célébrant le jour très saint où notre Seigneur Jésus-Christ a été livré pour nous, nous vénérons d'abord la mémoire de la glorieuse Marie toujours vierge, mère de notre Dieu et Seigneur Jésus-Christ ; puis celle du bienheureux Joseph, l'époux de la Vierge, de vos bienheureux apôtres et martyrs, Pierre et Paul, André, Jacques, Jean, Thomas, Jacques, Philippe, Barthélemy, Matthieu, Simon et Jude, Lin, Clet, Clément, Sixte, Corneille, Cyprien, Laurent, Chrysogone, Jean et Paul, Côme et Damien, et de tous vos saints. À leur prières et par leur mérites, accordez-nous d'être fortifiés en toute occasion par le secours de votre protection. Par le même Christ notre Seigneur. Ainsi soit-il.

Cette oblation donc de notre ministère, mais aussi de votre famille entière, nous vous l'offrons en ce jour où notre Seigneur Jésus-Christ a confié à ses disciples la célébration des mystères de son Corps et de son Sang ; nous vous prions, Seigneur, de l'accepter avec bienveillance, de disposer nos jours dans votre paix, et d'ordonner que nous soyons arrachés à la damnation éternelle et comptés dans la troupe de vos élus. Par le même Christ notre Seigneur. Ainsi soit-il.

Cette oblation, ô Dieu, nous vous en prions, daignez la rendre en tout point + bénie, + approuvée, + ratifiée, digne et agréable : afin qu'elle devienne pour nous le + Corps et le + Sang de votre Fils bien-aimé, notre Seigneur Jésus-Christ.

Qui pridie, quam pro nostra
omniumque salute pateretur, hoc est
hodie, accepit panem in sanctas ac
venerabiles manus suas, et elevatis oculis
in caelum ad te Deum, Patrem suum
omnipotentem, tibi gratias agens,
bene dixit, fregit, deditque discipulis suis,
dicens :

Accipite, et manducate ex hoc omnes.
HOC EST ENIM CORPUS MEUM.

COMMUNION *Jean 13, 12-15*

Dominus Iesus, postquam cenavit cum
discipulis suis, lavit pedes eorum, et
ait illis : Scitis, quid fecerim vobis ego,
Dominus et Magister ? Exemplum dedi
vobis, ut et vos ita faciatis.

POSTCOMMUNION

Refecti vitalibus alimentis, quaesumus,
Domine, Deus noster : ut, quod
tempore nostrae mortalitatis exsequimur,
immortalitatis tuae munere consequamur.
Per Dominum.

La veille du jour où il a souffert pour
notre salut et celui de tous, c'est-à-dire
aujourd'hui, il a pris du pain dans ses
mains saintes et vénérables et, les yeux
levés au ciel vers vous, Dieu son Père
tout-puissant, vous rendant grâces, l'a
bénie, rompu et donné à ses disciples, en
disant :

« Prenez et mangez tous de ceci. CAR
CECI EST MON CORPS. »

Le Seigneur Jésus, après qu'il eut soupé
avec ses disciples, leur lava les pieds
et leur dit : « Savez-vous ce que je vous ai
fait, moi, le Seigneur et le Maître ? Je
vous ai donné l'exemple, afin que vous
fassiez de même. »

Restaurés par ces aliments de vie, nous
vous en prions, Seigneur, notre Dieu :
ce que nous célébrons en cette vie
mortelle, que nous l'obtenions par le don
de votre immortalité. Par...